Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift



174 Sequit. Inclyti isrl sup montes tuos
interfecti sunt. Si cantica anne ut
debbore. siue aliorū pphārū magnis
sunt obtecta inuolumētis allegoriarū.
quanto magis istud canticū regis
dauid! q typū filii dei re & nomine
exp̄mit. Agit enī istud canticū de
pditione primorū humani generis
parentū! agit de passione xp̄i. sub ty
po regis saulis! sub nomine ionathe.
agit typū ecclē. agit sub nomine am
borū. repulsionē iudeorū. & gentiū uo
cationē. Dicit g spc scs in isto suo canti
co. Inclyti isrl sup montes tuos interfecti
sunt. Qui nā isti sunt isrl inclyti! nisi
illi p̄mi parentes generis humani! im
mortalitatis decore conspicui! sapien
tie honore p̄cipui. Qui nimirū super
montes sunt interfecti! dū in illa subli
mi & gloriosa habitatione paradysi.
mortis & peccati uulneribus sunt affec
ti. De quorū interfectione dolet dī filius!
dicit cōdolens eis his fletib. Quom̄ cecide
runt fortes. Quasi dicat. Quos in tan
ta fortitudine immortalitatis & sapi
entie ego creator condidi! q̄m̄ morta
litatis & insipientie mole sunt obruti.
Tercio planctus iste in hoc cantico repe
tit. q̄a nimirū ante legē. sub lege. sub
grā. humani generis pdicio. a filio dei
plangitur. SEQVITVR.

Nolite annuntiare in geth. nec an
nuntietis in competis ascalonis!
ne forte letent filie phylistium! ne ex
ultent filie incircumcisorum.

Per geth que torcular dicit. passio
xp̄i accipit. uel ecclā. que in passio
ne xp̄i figit. Per ascalonē que appensa
uel ignis infamis dicit. futurū iudici
um designat. In quo nimirū iudicio
tota uita hominis in cogitationib. in uer
bis & opib. iuste diiudicatis appendit.
Ibi & iā cremabit. quisq̄s infamie nota
ibi maculat. Competa ascalonis! s̄ sacram̄
ta dn̄ice resurrectionis & ascensionis. Per
que scilicet cōpeta in ascalonē tendit.
q̄a nimirū p resurrectionē & ascensionē
dn̄icam. ad futurū iudiciū iter disponi
tur. Sic enī angli xp̄o ascendente sunt
locuti. Viri galilei! q̄d statis aspicientes
in celū. Hic ihc q assūptus ē a uobis in
celū! sic ueniet. quēadmodū uidistis eū
euntē in celū. Dicit g filius dei. dicit pphis
suis! secretorū suorū consciis. Sacram̄ta
illa mee passionis. resurrectionis. & ascen
sionis. que m̄ uiā faciunt. ad tribunal
future examinationis! uidete ne ea
mundo in palā declametis. ne ea nisi ob
scuris inuoluta litteris annuntietis! q̄a
sicut in diuinitate mea saluti gentiū.
q̄ p eadē sacram̄ta formanda est con
gaudeo! ita in humanitate mea dāpna
tioni iudeorū q carne m̄ erunt pximi. s;
eisdē meis sacramentis ualde inimici. &
pinde erunt pditi. condoleo. Et si enī p
me penitens nineue liberet. grauis tam̄
michi tristicia. in humanitate suscepta.
p extincta mea hedera oriet. Unde sequit.
Ne forte letent filie phylistium! ne exul
tent filie incircūcisorū. Per phylistium q
potione cadentes interpretant. gentes fi
gurant. q potione scī euglii debriant!
ut a sue infidelitatis somno auellant.
filie g philistium letant. dū fideles ani
me. in gentilitate posite. p sacram̄ta in
carnationis. passionis. resurrectionis. &
ascensionis dn̄ice. in spū mentis sue reno
uāt. filie incircūcisorū exultant. dum
anime que in p̄putiis peccatorū suorū
emortue fuerant. de renouatione sua.